



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Elementa Doctrinae De Circvlis Coelestibvs, Et Primo  
Motv**

**Peucer, Kaspar**

**Vitebergae, 1576**

**VD16 P 1990**

Regula de vsu tabularum ascensionum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56559](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56559)

tionem inueniendarum ascensionum, verum etiam  
 considerare, quomodo cognitis ascensionibus,  
 gradus Eclipticæ his respondentes, vice versa colligantur,  
 paucas de vsu Tabularum regulas trademus,  
 quorum gratia, qui ab his elementis ulterius progredi,  
 absolutiorem sibi parare noticiam huius doctrinæ  
 vident.

### Regula de vsu tabularum ascensionum.

VT I M V R tabulis directionum duobus modis:  
 Aut enim arcum æquatoris arcui Eclipticæ  
 congruentem & coorientem, id est, ascensionem ar-  
 cum Eclipticæ, rectam vel obliquam inuestiga-  
 mus: Aut econuerso, arcui æquatoris arcum eclipti-  
 cæ respondentem, cum ascensio nota est, arcus eclipticæ  
 vero huic conueniens ignoratur, quærimus.  
 Prior vsus, introitu seu ingressu in tabulas laterali  
 absoluitur, cum numeros arcuum eclipticæ notos,  
 margines seu latera tabularum continent, ignotos  
 vero ascensionum numeros ex area elicimus: Poste-  
 rior introitu areali perficitur, cum notos ascensio-  
 num numeros areæ habent, ignotos vero Eclipticæ  
 gradus ex latere sinistro è directo eruimus. Quos-  
 cunque vero horum numerorum inquiramus, cum

N 2 alterutro



alterutro, qui notus est, latitudinem regionis notandum esse necesse est, seu poli exaltationem. Ea enim tabulam demonstrat, ex qua vel Eclipticæ vel æquatoris arcus depromendi sunt.

De inueniendō arcu æquatoris, qui noto Eclipticæ arcui respondet, seu de inuenienda ascensione alicuius arcus Eclipticæ, in quocunq; sphaeræ situ.

C V M arcuum Eclipticæ notorum ascensionem querimus ingressu laterali, duo semper noti offeruntur numeri, quorum alter gradus scrupulq; eclipticæ, quorum ascensio indaganda est, alter latitudinem regionis, quæ inueniendæ vcræ ascensioni seruit, complectitur. Aut igitur vterq; integris constat gradibus, aut alter præter integros gradus scrupula habet, alter his caret, aut vtriusq; gradibus scrupula adherent.

Primo, quando vterq; scrupulis destituitur, & integris definitur gradibus, pro felis angularis in area signo signiq; gradui communis, offert & exhibet ascensionem quæ sitam, vt antea ostensum est.

Secundo, quando alteri scrupula adiuncta sunt, vt vel latitudinis, vel Eclipticæ gradibus, tabula